

www.e-rara.ch

Catecheses extemporaneae in quinque capita doctrinae christianae

Geiger, Mauritius

Typis Monasterij S. Galli, 1722

Stiftsbibliothek St. Gallen

Shelf Mark: SGST 13160

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-102646>

Catechesis X. De confraternitate sanctissimi rosarii.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CATECHESIS X.

De Confraternitate Sanctis-
simi Rosarii.

Item

De Confraternitate Oratio-
nis unius horæ. Stundbruders-
schaft.

SUMMA QUÆSTIONUM.

1. Quid est Confraternitas SS. Rosarii?
2. Quis est Auctor?
3. Quæ sunt leges huius Congregationis?
4. Quæ sunt ejusdem utilitates?

MISCELLANEA.

Quando per hebdomadam est orandum Psalte-
rium?

An est peccatum omittere?

Q. I.
Quid
Confra-
ternitas?

Quæstio Prima: Quid est Confraternitas
SS. Rosarii?

R. Est Congregatio omnium, qui ad honorem
Dei & B. Virginis singulis hebdomadibus psalte-
rium orare, aliæque pietatis officia exercere con-
sentiunt.

Mul,

Multæ habentur Confraternitates, tam politicae, quàm mysticæ, seu spirituales. Politicas facere solent, v. g. Milites, Mercatores, Opifices, &c. quæ illos obligant ad certas ceremonias, subsidia, auxilia, &c. Mysticas facere solent homines devoti ad certum Dei cultum & exercitia spiritualia. Tales sunt Confraternitas SS. Sacramenti, Scapularis Carmelitarum, B. Virginis Patrum Societatis, Lateris Christi, Dolorum B. Virginis, &c. sed inter omnes antiquitate & dignitate prima est Confraternitas SS. Rosarii. Quare

Quæstio Secunda: *Quis est ejus Auctor?*

R. S. Dominicus.

Q. II.
Quis Auctor?

Jam quidem ab Apostolorum temporibus fuit in usu recitatio Rosarii, maximè apud Anachoretas, teste Fossæo, de Rosario l. 1. c. 1. Verùm postea penè extinctum restauravit S. Dominicus, & Confraternitatem instituit anno 1200. circiter, tanto fructu, ut ejus virtute Albigenes hæretici tunc in Galliâ grassantes opprimerentur, totique Ecclesiæ à Deo & B. Virgine multi favores impenderentur. Vide Foss. cit. & Schæstammer.

Quæstio Tertia: *Quæ sunt leges hujus Congregationis?*

R. 1. Ut omnes fratres & sorores singulis septimanis orent psalterium. 2. Ut mensuris processio-

Q. III.
Quæ leges?

B b

nibus,

nibus, quantum possibile, intersint. 3. Ut quatuor Anniversarijs pro defunctis fratribus, post quatuor solemniora festa B. V. adsint. 4. Frequentius communicent, maximè in festis B. Virginis, & Dominici primis mensium. 5. Marianas viriutes, maximè opera Charitatis in proximum studiosius exerceant.

Insignes sanè leges, sed & faciles, plurimumque fructuosæ, ut mox patebit. Quis justè sese excusabit? &c.

Quando
prandum
psalterium?

Quando per hebdomadem est orandum psalterium?

R. Nihil refert quando & ubi, sive etiam simul, sive per partes oretur, dummodo devotè: adeoque licèt orare in via, in horro, &c. modò unam decadem hodiè, cras aliam, &c.

An est
peccatum
omittere?

An est peccatum omittere psalterium?
R. Non est, nisi omittatur ex contemptu; nihilominus se multis privat meritis & indulgentijs, nemo enim censetur sub peccato velle se obligare ad leges prædictas.

Q. IV.
Quæ
sunt utilitates?

Quæstio Quarta: Quæ sunt ejusdem utilitates?

R. Inter plurimas sunt istæ. 1. Quod confratres & sorores specialiter sentiant patrociniū & auxilium B. Virginis; est enim B. Virgo talium specialiter Mater. 2. Quod participant omnium Confratrum opera bona; sunt autem ejus-

ejusmodi fratres, & eorundem opera bona, penè infinita, quantum hinc omnibus Deum amare volentibus solarium? 3. Insignes denique Indulgentiæ.

Indulgentiæ Congregationis.

1. In ingressu, indulgentia plenaria.

2. Quoties devotè recitatur Rosarium, quinque annorum, & totidem quadragenæ. Item si psalterium recitatur, plenaria indulgentia.

3. Prima cujuslibet Mensis Dominica, festis quòque B. Virginis Mariæ Confessis & Communicatis, plenaria indulgentia.

4. Pro quòvis bonorum operum, centum dies.

5. Rosarium publicè portantibus singulis diebus indulgentia quadraginta annorum, ac totidem quadragenæ.

6. Nomen Jesu & Mariæ devotè pronuntiantibus sexaginta dies.

7. Indulgentiæ omnium stationum Romæ concessæ, si coram Altari Archifraternitatis viginti quinque Pater & totidem Ave Maria devotè recitentur.

8. Agonizantibus ter indulgentiæ plenariæ.

1. Si candelam benedictam manu teneant. 2. Si confiteantur. 3. Si Nomen Jesu & Mariæ ore vel corde invocent.

9. Sæpè animā è purgatorio liberat. 1. Quoties quis Missam de Rosario pro Defuncto aliquo offerri procurat. 2. Quoties pro ijs Rosarium oratur. 3.

Qui diebus Dominicis & Ferijs 4. coràm altari Archifraternitatis vel Icone B. Virginis viginti quinque Pater & Ave Maria recitat, unam è piacularibus flammis animam liberat. 4. In multis etiam alijs diebus, à 6. Maij præcipuè usque ad 6. Augusti singulis diebus. Vide lib. Schaffhammer/ parte. I. c. 16.]

Q. V.
Quid
Confraternitas
horæ!

Quæstio Quinta: Quid est Confraternitas orationis unius horæ, vulgò Stund: Bruderschaft?

R. Est Congregatio illorum, qui singulis annis certâ horâ psalterium B. Virginis pro agonizantibus recitant, aliàsque devotiones exercent.

Auctor.

Auctor est quidam è S. Dominici familia, ut videre est in schedula de hâc devotione specialiter impressa.

Leges.

Leges habentur ibidem, summa est. 1. Per unam in anno horam recitare psalterium cum mysterijs. 2. Eodem tempore confiteri & communicare. 3. Similiter & Dominicâ post Defunctorum.

Fructus.

Fructus allegantur ibidem; quorum præcipuus felix agonia, & beata mortis hora, ad quam nemo unquam satis se paraverit: Vigilate & orate; quodcunque facere potest manus tua instantè operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. Eccl. 9. v 10. Optimum autem medium est orare pro

ago

agonizantibus, ut & eâ horâ pro te ore-
tur. Quâ mensurâ mensi fueritis, remetje-
tur vobis. Matth. 7. v. 2.

RECAPITULATIO.

HÆc de Confraternitate, &c. summa
est. (1.) Confraternitas est Congrega-
tio, &c. (2.) Auctore S. Dominico. (3.)
Leges sunt, 1. Orare psalterium, &c. quo-
cunque tempore, omittitur tamen absque
peccato. (4.) Fructus sunt, 1. speciale pa-
trocinium B. Virginis, &c. 2. participatio
bonorum, 3. Indulgentiæ, 4. Confraterni-
tas Horæ est, &c.

EXHORTATIO.

Discimus hîc charissimi primò origi-
nem, leges, & fructus Confraternita-
tis SS. Rosarij, eique adscribi, & conveni-
enter vivere.

Discimus secuudò, ob eadem motiva
amplecti Confraternitatem Horæ, &c.

Discimus
1. origi-
nem, le-
ges fru-
ctus.

2. Am-
plecti
hanc
confrat.

HISTORIÆ.

HAs vide Catechesi præced. & apud Aucto-
res ibi citatos.

